

Ex gestis anglozum

Erant inter hos duo iuvenes magne indolis de nobilibus anglozum edelchim et egberth. Hi ergo cum essent in monasterio quod lingua scotozum ratheligi appellatur. et omnes socii illorum. vel mortalitate de hoc seculo rapti. vel per alia essent loca dispersi. correpti sunt ambo morbo mortalitatis et grauissime afflicti. Et quibus Egberth cum se estimaret moriturum egressus est tpe matutino de cubiculo in quo infirmi quiescebant et residens solus in loco oportuno cepit sedulus cogitare de actibus suis et punctus memoria peccatozum suorum faciem lacrimis rigabat atque intimo ex corde deum deprecabatur ne adhuc mori deberet. postquam per ritas negligencias quas in puericia siue infantia commiserat profectius ex tpe castigaret. vel in bonis se operibus abundantius exerceret. Uouit etiam votum quod ad eum pegrinum viuere vellet ut nunquam in insulam in qua natus est britania rediret. atque proter solenne canonicis temporis psalmodiam si non valitudo corporis obstitueret quotidie psalterium totum in memoria diuine laudis decantaret. et quod in omni septimana diem cum nocte ieiunus transiret. Cumque finitis cum lacrimis precibus et votis domum rediret inuenit sodalem dormientem et ipse quibus lectulum conscendens cepit in quetem membra lacare. Et cum paululum quiesceret exprogefactus sodalis respexit eum et ait. O frater egberthe o quod fecisti sperabam quod pariter ad vitam eternam intrarem. verumtamen scito quia quod postulasti accipies. Didicerat enim per visionem quid ille petisset. et quia petita impetraret. Quid multa ipse prima nocte defunctus est. At pro Egbertho decussa molestia egritudinis conualuit. ac multo post tpe viuens acceptusque sacerdotum gradum dignis orans actibus post multa virtutum bona ut desiderabat ipse nuptus. id est anno dominice incarnationis septingentesimo vicesimo nono. cum esset annorum nonaginta migrauit ad regna celestia. Durit autem ipse vitam suam in magna humilitatis mansuetudinis et continentie et simplicitatis et iusticie perfectione. Unde et gestis sue et illis in quibus exulabat nationibus scotozum siue pictorum. et exemplo viuendi et instantia docendi auctoritate corripiedi et pietate largiedi de his que a diuinitus accepta per multum profuit. Adidit autem votis que diximus ut semper in quadragesima non plus quam semel reficeret in die non aliud quam panem et lac tenuissimum gustaret. hoc cum mensura quod videlicet lac pridie nouum in fiala ponere so-

lebat. et post noctem ablata superficie crassiore ipse residuum cum modico ut dicimus panem bibeat. cuius modum continentie etiam quadraginta diebus ante natale domini totidem quoties post acta solennia penthecostes. hoc est quinquagesime semper obseruare curabat.

III

Cum quidam sanctus episcopus in regno anglie solus in oratorij loco lectioni vel orationi operam daret. audiret repete alius quidam deuotus frater ut postea referebat vocem suauissimam cantantium atque letantium de celo usque ad terras descendere. quam videlicet vocem ab euroaustro. id est ab alto brumalis exortu primo se audisse dicebat. ac paulatim sibi appropriare donec ad lectum usque ad oratorium in quo erat episcopus pueniret. quod ingressa totum impleuit atque in giro circumdedit. At ille dum sollicitus in ea que audiebat animum intendere audiret. denno transacto quasi dimidie hore spacio ascendere de recto eiusdem oratorij idem leticie canticum et ipsa que venerat via ad celos usque cum ineffabili dulcedine reuerenti. Qui cum aliquantulum hore quasi attonitus maneret. et quod hoc esset solerti antio scrutaretur. aperuit episcopus fenestram oratorij et sonitum manu faciens ut sepe consueuerat. si quis foris esset intrare ad se precepit. Introiit ille concitus. Qui dixit antistes. Uade cito ad ecclesiam et septe de fratribus meis huc facito venire. tu quoque simul adesto. Qui cum venissent primo ammonuit ut virtute dilectionis et pacis ad inuicem et in omnes fideles seruaerent. Instituta que discipline regularis que ab ipso didicissent et in ipso vidissent. vel in patrum precedentium factis siue dictis inuenissent in defessa fide custodirent. Deinde subiunctis die sui obitus in primo instare. Namque hospes inquit ille amabilis ipse ad me hodie venire meque de seculo euocare dignatus est. Prope quod reuertentes ad ecclesiam dicite fratribus ut meum exitum domino precibus commendat. et suum que exitum cuius hora incerta est vigilis orationibus bonis operibus puenire meminerint. Cumque hec et his similia plura loqueretur. atque illi accepta benedictione iam multum tristes exissent rediit ipse solus qui carmine celeste audierat. et posternis se in terram. Obsecro pater inquit licet aliquid interrogare. At ille. Interroga quod vis inquit. Obsecro inquit dicas quod erat canticum illud letantium quod audiui venientium de celo super oratorium hoc. et post ipse